

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. II. Qui violavit votum solemne castitatis, satisfatis dicendo in  
Confessione: Violavi votum Castitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Et primò quidem circa primam circumstantiam, id est, circa personam penitentis, solet dubitari; utrum qui violarit votum solenne castitatis, teneatur id explicare in Confessione; an vero satisfaciat, dicendo: *Violavi votum castitatis*? Respondeo & dico 2.

## CONCLUSIO II.

Qui violavit votum solenne castitatis, satisfacit dicendo in Confessione: *Violavi votum castitatis*.

28.  
Probatio  
Concl. quia  
votum solem  
nem est  
specie indi  
stinctum à  
simplici.  
Sanchez,  
Diana,  
Lugo,  
Arrigo,  
Diezillo.

Cap. 6. Qui  
Clerici vel  
voventes.

Voto in 6.

29.  
Objecio.

Solvitur.

**I**ta docet Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 27. n. 27. & lib. 5. Sum. c. 6. n. 14. & Alii, quos citat Diana p. 1. tract. de Circumst. resol. 4. Atque hanc sententiam probabilissimum vocat Lugo disp. 16. n. 147. eam quae amplectetur Arrigo disp. 32. n. 19. & Dicifillo disp. 9. n. 315. Ratio fundamentalis est: quia votum solenne castitatis est specie indistinctum à voto simplici, argumento cap. Rer. fus. 6. Qui Clerici vel voventes, ubi Celestinius III. sic ait: *Vnde à Fraternitate tua requisiſti, arbitramur, quid cum ſimplex votum apud Deum non minis obliget, quam ſolemne, pro eo quid invavit te meri, Pénitentiam agat, & votum quod Deo deficit, ſtudeat obſervare.* Item cap. Unico de Voto & Voti redempt. in 6. ibi: *Nos igitur attenderemus, quid voti ſolemnis ex ſola Conſtitutione Eccleſiae eſt inventa &c.* Ita Bonifacius VIII. Biterenſ. Episcop. Ergo in ratione praefata voti, id est, promiſſionis facta Deo, ſunt eiusdem ſpeciei, & ſolū diſſerunt accidentaliter per efficaciam ſeu vim perpetuam irritandi matrimonium ſubſequens, quæ ſicut inducet eft per Eccleſiam, ita per eandem tolli poſſet; adeoque votum ſolemne fieri poſſet ſimplex, ſinē ulla intrinſeca mutatione: ergo non diſſerunt eſſentialiter.

Dices: ſufficit mihi, quid diſſerant accidentaliter: nam etiam furtum ſimplex, & furtum ſacrilegium ſolum diſſerunt accidentaliter (ut dictum eft in praecedentibus Conclusiōne) & tamen neceſſari ſpecificanda ſunt in Confessione.

Respondeo; planè ad hanc neceſſitatem ſufcicer diſſinſionem accidentalē, quando accidens tribuit malitiā ſpecie diſſinſionis actui ſubſtantiali, id eft, quando ſpecialiter prohibetur, ſenſi opponitur ſpeciali virtuti, prout fit in furtu ſacrilegio: at vero in caſu praefenti, efficacia irritandi matrimonium non tribuit ſpecialē malitiā cuicumque actui oposito castitati; fed tantum contractui matrimoniali, qui ſpecialiter prohibitus eft illis, qui valide nequeunt contrahere.

Unde indubie, qui habens votum ſolemne castitatis contaxisſet Matrimonium, non latet, ut votum ſolemne contra illes matrimonii, debet hoc mentum invalidum; & contra virtutem iustitiae, dans coniugi corpus ſuum, quod dare non poterat, nec licite nec valide; ac proinde potius corpus alienum, quam ſuum. Neque de tali actu loquitur Conclusio, fed de praefata violatione castitatis per pollutionem v. g. fornicationem, aut ſimiles actus diſtinguos à contractu Matrimonii, quos exſtitimus, ex illo impedimento diſtingente Matrimonium, nullam ſpecialem contrahere malitiā, ſalem ſpecie diſſinſionem à violatione voti ſimplis.

Nec contrarium probat hoc argumentum: ideo copula cum confanguinea intra 4. gradum habet malitiā inceſtū, explicandam in Confessione, quia Ecclesia prohibuit & irritavit Matrimonium inter illos, & ablatā Ecclesia prohibitione, fornicatio cum confanguinea in ſecundo gradu tranſverſo, non habet malitiā inceſtū: ergo impedimentum irritans Matrimonium Religiosi ſufficit, urfornicatio Religiosi habeat malitiā ſpecie diſſinſionis explicanda.

Respondeo N. C. Si intelligas malitiā diſſinſionis diversam à violatione voti ſive facilio: nam tota malitia, quæ reſulta ex illo impedimento, eft contra Religionem & obſervantiam voti; ideo enim Ecclesia irritat matrimonium Religiosi, ut obſerve votum castitatis: quare explicata violatione voti castitatis, explicata videtur tota malitia diſſinſionis.

Non ergo negamus, ex illo impedimento diſtinguitate malitiā ſacrilegii, ſicut in Antecedente ex impedimento irritante Matrimonium inter confanguineos, reſulta malitiā inceſtū; ſed dicimus, malitiā inceſtū eft ſpecie diſſinſionem à malitia ſimplis fornicationis, cum habeat motivum ſpecie diſſinſionis, ſelicet reverentiam debitam confanguinitatis. Quid ergo mirum, ſi debeat diſtingue explicari, cum nullatenus explicetur ſolū malitiā fornicationis? At vero in noſtro caſu eum tam matrimonium, quam fornicatio prohibetur ob idem prorsus motivum, ſelicet, ut Religiosus obſerve votum castitatis; dum explicatur votum castitatis, explicatur tota ſpecifica malitia, quæ in fornicatione Religiosi reperitur.

Si inſtes: ſaltem illud impedimentum eft circumſtantia notabiliter aggravans, aut etiam virtualiter multiplicans numerum malitiarum; etenim Religiosus dispensatus ad Matrimonium, adhuc committeret ſacrilegium fornicando. Respondeo: Eſt notabiliter aggravare (ut Sanchez ſuprā docet) Conclusio loquitur ſecundū illam ſententiam, quæ negat

Sect. negat illam.

Et ut v.

video ob

Religiosi,

Sanchez ſup-

teor, perſo-

niū ſentie-

loquendo nu-

tūm ad mul-

demus, me-

rum in eadē

nihil facere

ſtūdiorum

His tamē

tentia eft m-

ſuprā; & Lu-

cas verius, c-

nisi explicet

148. quia E-

obligavit Da-

ſed dicavit &

niciarius pecc-

ſed etiam cor-

nium dedi-

malitia ſpecifi-

da; ſic Relig-

ſoli ſue va-

corporis Re-

vit, peccat no-

fed etiam con-

dominium tra-

qualem adulter-

do fidem da-

beret hanc cir-

explicare. H.

Sed non af-

ptione ſtarū

five per voti

cietate. Iefu

fructuofus 26.

alios omnes &

muli, bimili

vota predicta,

tentis in future

& effe; & ubi

nominari debe-

merum adcrip-

assumptione

venire tradit-

contractu ma-

ſorum apprehen-

tiere interna-

roſis delecta-

tatibus aut e-

Et quod p-

ſi omnes Reli-

jiciaria ſup-

erare ad

caſuatum.

negat illas circumstantias esse explicandas.

Et (ut verum fatear) secluso scandalo, non video ob quam rationem circumstantia statu Religiosi, notabilissime aggraverat (ut loquitur Sanchez supra) fornicationem Religiosi. Fato, persona dignior est; sed quid tum? Communis sententia est, dignitatem persona per se loquendo non nisi venialiter aggravare. Quantum ad multiplicationem numeri, infra ostendemus, meram multiplicationem præceptorum in eadem materia, ex eodem motivo, nihil facere ad specificam vel numericam distinctionem peccatorum.

His tamen non obstantibus, contraria sententia est multorum DD. quos citat Diana supra; & Lugo supra, stando in ratione, putat verius, quod Religiosus non satisfaciat nisi explicit statutum Religiosum. Probat nu. 148. quia Religiosus per vota non solum se obligavit Deo, sed etiam ipsi Religioni, cui sedicavit & donavit. Sicut ergo conjux fornicatus peccat non solum contra castitatem, sed etiam contra conjugem, cui per Matrimonium dedit dominium sui corporis, que est malitia specifica adulterii necessariò explicanda; sic Religiosus, qui dedit dominium non solum sue voluntatis & forunnarum, sed etiam corporis, Religioni, cui se per vota emancipavit, peccat non solum contra votum castitatis, sed etiam contra Religionem, cui sui corporis dominium tradidit, atque ideo videtur aliqualem adulterii maculam contrahere, violando fidem datam Religioni; atque adeò debet hanc circumstantiam Religiosi statutus explicare. Hæc ille.

Sed non assentio: quia existimo in assumptione statutus Religiosi sive per vota solemnia, sive per vota simplicia (ùt contingit in Societate Jesu ex Bulla Gregorii XIII. Quanti fuitus 26. apud Rodriguez ibi: Sed etiam alios omnes & quoquecumque, qui in ipsa Societate admissi, biennio probatio à quoque peracto, tria vota predicta, tamen simplicia, emiserint, emitent, in futurum, verè & proprie Religiosos suisse & esse, & ubique semper & ab omnibus censeri & nominari debere, ac si in professorum dictorum numerum adscripti fuissent) existimo (inquam) in assumptione statutus Religiosi, nullatenus intervenire traditionem similem illi, quæ fit in contrau matrimoniali. Quis enim Religiosorum apprehendit, se peccare contra iustitiam, merè interna peccando contra castitatem mortalis delectationibus; immò etiam externa tactibus aut asperitus inhonestis?

Et quod plus est; planè persuadeo mihi, si omnes Religiosi interrogarentur de hac iustitia, sive in internis, sive in externis quoquecumque actibus, plerosque responsuros, se nihil de ea unquam cogitasse. Cur ergo infios, & quodammodo involuntarios obligamus ex iustitia? Enimvero actus agentium

non operantur ultra intentionem eorum: & aliunde non est necessaria talis obligatio iustitiae observandi castitatem, ut aliquis sit verus Religiosus; cum ea plerisque DD. negetur, & ab aliis absque solido fundamento imponatur; adeòque profites non censetur, nequidem implicitè & interpretativè, in eam consentire.

Ceterum consentio; Professionem Religiosam aliquam includere traditionem profectus in ius Ordinis, non ita ratione voti castitatis, quām voti obedientiae; sed nego, proprietate omni peccata Religiosi contra castitatem, paupertatem vel obedientiam, contrahere speciale malitiam iustitiae in Confessione explicandam: immò nequidem peccata contra obedientiam; quidquid dicat Suarus de Virtute & statu Religionis tom. 3. lib. 10. cap. 6. Ratio mea est: quod illa promissio, quæ in Professione fit hinc verbis: *Promitto Deo & tibi Pater*, non dirigatur ad Praelatum, ut immediatum terminum obligationis, quæ ex ipsa oritur; sed dumtaxat, ut proximum terminum obedientiae exhibenda. Si autem à me quæras, quis ergo sit proximus terminus obligationis? Respondeo: solus Deus.

Quando ergo profites dicit: *Promitto Deo & tibi*, tantum significat, se promittere Praelato, tanquam, qui vice Dei & nomine Dei, verba: *Promitto Deo & tibi*, hic promissionem & traditionem acceptet. Ex tibi, quo tamen non bene inferitur, quod se velit immediate & proximè ipsi Praelato obligare, sed solum remotè, tanquam termino obedientiae explenda; quasi dicere: *Promitto Deo, quod tibi ero obedientis*. Quare tamen traditio sive translatio proprie voluntatis immediatè fiat Praelato, sive Religioni; non tamen propterè fit ipsi propriè dicta injuria per peccatum inobedientiae (multò minus per peccatum luxuriae, de quo hic tractamus) sed potius Deo, cuius vicem ipse gerit, & ex parte cujus tales traditiones vel abnegationem recipit. Sicut Christianus non incurrit speciale obligationem per traditionem, quæ se tradit Ecclesiæ in Baptismate. Et sicut non commitit duplex peccatum furti, qui furatur bona ab administratore; sed unicum, quod principaliter concernit verum dominum, secundariò autem administratorem.

Igitur per illa verba: *Promitto Deo & tibi*; solum significatur & sic incorporatio Religiosi, id est, constituitur membrum illius corporis politici, id est, talis Religionis, ratione cuius traditionis seu incorporationis tenetur obediens Superioribus, præcipientibus per potestatem dominativam & jurisdictionis. Ergo fornicando committit triplex peccatum, unum contra virtutem castitatis, alterum contra virtutem Religionis, & tertium contra iustitiam, negatur consequentia. An forte existi-

34.  
Professio  
Religiosi  
aliquam  
includit tra  
ditionem,

existimas, filium vel filiam-familias, servos vel ancillas fornicantes, aut voluntarie se polluentes, peccare peccato iniquitatis? Noli existimare, si non vis errare, multiplicando peccata absque sufficiente fundamento.

36. Nec obstat; quod subinde ex peccato Religiosi sequatur ignominia Religionis; hoc enim per accidens est ratione publicationis, non praeceps ratione voti. Unde non habet locum in peccatis occultis, que tamen non minus opponuntur, & prohibent votu castitatis Religionis, quam peccata publica; & de utrisque loquitur Cardinalis supra, ut patet ex eius verbis. Quapropter non possunt ei assentiri in hac re, sed permaneo in priori resolutione, & ex ea deduco sequentem:

### CONCLUSIO III.

Sacerdos Religiosus, confitens peccatum luxuriae, potest per se loquendo alterutram circumstantiam subducere, si verum est, quod Sacerdos obligetur ad castitatem ex voto.

37. Probatio. Concl. Sanchez. Diana.

**E**st sententia Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 27. n. 30. & Aliorum, quos citat & sequitur Diana p. 1. tract. 7. refol. 3. Probatur; quia tota malitia sacrilegii in hoc calu confitit in transgressione voti solemnis castitatis, quod votum est ejusdem rationis in Sacerdotio & Religioso; quia in moralibus tacitum & expressum aequiperantur; ut patet in tacita professione, ex qua non minor aut alia specie oritur obligatio, quam ex professione explica; per consequens non minor aut alia specie obligatio oritur ex voto castitatis, ex constitutione Ecclesiae annexo Ordinibus sacris, quam ex professione Religionis, et hoc prius votum sit implicitum, posterius autem explicitum.

38. Objecito.

Sed dicas aliquis: Unde constat Sacerdotem obligari ex voto, & non potius ex precepto Ecclesiae? Nam fieri potest, ut initianus Sacerdotio positivè nolit vovere castitatem, & tamen obligabitur ad eius observantiam; unde, nisi ex precepto Ecclesiae? Et hoc preceptum ex quo motivo impositum? Nonne propter reverentiam ministerii? Ergo tali calu duplex est obligatio in Sacerdotio Religioso, una ex voto, altera ex precepto Ecclesiae, specie distincta; quia ex motivo specie distincte: nam votum obligat propter fidem Deo datum, istud autem preceptum propter reverentiam ministerii, qui sunt fines specie distincte ejusdem virtutis Religionis; sicut specie distinguitur finis voti à fine jura-

menti, qui est, ne Deus adducatur in testem falsi.

Proinde sicut duplex est peccatum specie distinctum, & necessario in Confessione explicandum, violatio voti & juramenti de eadem re; pari ratione in calu propposito fornicatio Sacerdotis Religiosi erit duplex specie peccatum, in Confessione explicandum, unum contra præceptum castitatis proper reverentiam ministerii, alterum contra votum castitatis ex motivo cultus divini,

Respondeo concedendo torum; & ideo in Conclusione dixi: *Per se loquendo; nam prorsus per accidens est, & calu metaphysicus, quod initianus sacris Ordinibus nolit positivè vovere castitatem.*

Ex quo etiam festinè cognoscitur, quare adiucerim illam conditionem: *Si verum est, dos obligatio quod Sacerdos obligetur ad castitatem ex voto; quia cum in calu jam allegato obligatur ex solo præcepto Ecclesiae (alioquin non obligatur) putant Aliqui, in omni calu obligacionem continentiam annexam esse Ordinibus factis ex sola lege Ecclesiastica, & non ex voto explicito.*

Præ hac sententia citatur Doctor Subtilis l. 4. dist. 37. q. 1. n. 2. ubi interrogans, quæ sit ratio, quare fæcerit Ordo illegitimè impliciter ad matrimonium? Videtur (inquit) Aliquis quod propter votum annexum sacro Ordini..... Sed contraria: aut votum illud est sic annexum, quod suscipiens votet; aut est tantum ex precepto Ecclesiae quasi annexum, quia tenetur ita servare ac si rovet. Primo non, quia nullus votens votat voluntum; sed iste suscipiens Ordinem sacram expedita habet in voluntate non continentem: ergo posibile est, quod ipse non rovet continentiam. Si dicas; quod rovet factum, quod facit in suscipiendo Ordinem sacram, quia antiqui Patres Latini votarent, & iste suscepit simile signum. Contraria: Nullus tenetur ex voto ad votum factum ab alio, maximè si habeat votum contrarium. Præterea, Orientales suscipiant idem signum, & tamen sine voluntate castitatis.

Hæc ille. Respondeo: Est objectio, ex qua non colligitur meps Auctoris: neque ibi disputatur expressè Scotus, an obligatio continentiae affirmatur ex voto, an vero ex sola lege Ecclesiae; sed queritur, quæ sit ratio, quare illa obligatio continentiae (sive sit voti, sive sit præcepti Ecclesiastici) irrater matrimonium sublequeens, cum certum sit, non omne votum castitatis dirimere Matrimonium sublequeens, ut nec omne præceptum Ecclesiae: Universalia enim (inquit Doctor) in iure statutum prohibens hoc fieri, non illegitimat, sed operatur, quid continat talen sententiam, quid contractum fuerit, dirimatur, vel si copulati fuerint, non sunt aliquatenus tolerandi. Itaque mens Scotti incerta quantum ad præsens punctum, quamvis judicem non improbabile (ut proprio loco videbitur)

**Sect.**

**Videbimus**

præcepto Ecclesiæ. Inter obligationem nolit vovere.

Hinc Bon

& voti redem

ximus oracula

op. un. de dici soleme, q

voto in 6.

subiectum

expressam vel te

per Sedem Ap

petri &c. Ubi

leminazatum

& votum

explicata ve

votis: ergo

continetur

voto, & non

foste in calu

positivè nolle

Dico: Et

videatur semper

fæstisca, non

ratio præceptu

cipit illud vo

ministerii: a

ipso peccaret

difinitionem à

motivum, &

confessione speci

pi emissa, S

Ordinibus,

fidelitatē d

& non contra

taliter implere

Tantum l

Conclusione

clesia prohibe

guineos, van

nis; sic etiam

matrimonium

Ordinis faci

status Religi

osanitatem

Respondeo

propter fidel

betur matrim

nis; & si co

inviolabiliter

vent. Quare

inducere speci

tiam servanda

illam teneret

sito Sacerdos

nerneretur ad c

menti, cuius

scilicet obser

principalis ac

tus, propter